



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.**

**Bredenbach, Tilmann**

**Coloniae, 1584**

**VD16 B 7375**

4. [i.e. 5.] De Constantino Magno, qui cum militiæ vexillum signo sanctæ Crucis insignisset, nemo vnqua[m] huius signi minister, vel ex vulnere mortuus, vel captiuitatis cladem perpressus est.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52445)

eum, qui loquebatur. Dicitque illi optimatibus optime, Deo resistente studijs omnibus, labor est inutilis. Roga ergo Deum, ut tibi opem ferat. Dies aderat, & cum supplicis recordatus esset Pontifex, rogauit an accessisset. De eo ergo ei significat Proclus, qui hac etiam dixit: Cum tu preteritis noctibus seorsum esses cum alio, statui non temere accedere. Cum sanctus autem rogasset, quisnam is esset, incipiens Proclus, verbis quidem totum persequitur miraculum, digito autem per imaginem euidentissime probans, eum fuisse Apostolum, totam narrat seriem miraculi. Quibus cum adhibuisset mentem hic vir diuinus, aperte intellexit spectaculum: & factus certior se suam accepisse petitionem, Deo egit gratias. Deinde sic rursus accersit supplicem, & eum conuenit, & pro eo intercedit apud Imperatorem, & priori restituit magistratui, impletque promptius & alacrius, quæ restabant ex diuinis epistolis.

*Ex histor. Tripart. libr. 1. cap. 4. & 5. Constantinus Magnus cum militia vexillum signo sancta crucis insignisset, nemo unquam huius signi minister, vel ex vulnere mortuus, vel captiuitatis cladem perpeffus est.*

## CAP. V.

Constantinus Imperat. circa meridiem declinate iam Sole, vidit crucis signum ex lumine factum, & scripturam confertam ei dicentem, in hoc vince. Idipsum & mili-

milites qui tunc cum ipso erant, viderunt. Dumque cogitaret Imperator quid esset, nox superuenit, & dormienti Christus apparuit cum signo, quod vidit in caelo, iussitque ut fieret eius signi figuratio, quae foret auxilium in proeliorum congressionibus. Mox sancta die sacerdotes Christi conuocans, de dogmate consulebat. A quibus cum in religionem Christianam mysterijs institutus esset, iussit ut ros eruditos ex auro & lapidibus preciosis vexillum crucis transformare signum, quod Labarum vocabatur. Hoc enim signum bellum cum inter alia preciosius erat, eo quod Imperatorem praecederet, & adorari a militum moris esset. Vnde praecipue Constantini reor nobilissimum decus imperij Romani signum mutasse crucis, ut frequenti visionemque cura desuescerent a priori more subiectum & eum solum arbitrantur Deum, quem uideret Imperator, vel quo duce atque auxiliatore ueretur aduersus hostes. Semper enim hoc signum proponebatur ante ordines uniuersis, quod maxime laborantibus aciebus in proelijs adesse praecipiebat. Constituit itaque eos signiferos, qui in eo laborarent: quorum opus erat, ut vicibus humeris id ueherent, & omnes acies ita lustrarent. Fertur enim quidam eo quod aliquando ferens hoc signum repente hostibus inuadentibus expauisset, deinde illud alteri deuehendum: cumque se de proelio subtraxisset, & iacula declinasset, subito perculsus.

euffus interijt : ille verò qui sacrum fufcepit trophæum, multis se iaculantibus, permansit illæfus. Mirabiliter enim diuina regente virtute, sagittæ hostium figebantur in signo, à signifero autem inter pericula protinus euolabant. Dicitur autem neque alium vnquam huius signi ministrum, vt solet, in bello vulnerere mortuum, aut cladem captiuitatis perpeffum.

*Libellus Athanasij Episcopi Alexandrini, de passione imaginis Domini nostri IESV Christi in Beryto vrbe Syria crucifixæ, qui in 7. Synodo Oecumenica actiõne 4. vnde nos eum, descripsimus, citatur, & Athanasio tribuitur, quod plurimum facit ad libelli auctoritatem. Habetur inter opera Athanasij, & in Tomis Laurent. Suriy 9. Nouembris.*

## CAP. VI.

**L**euate oculos intellectus vestri, nouum *Nouemb. 9.* hoc spectaculum contemplamini, inspicite in Dei immensum hoc miraculum, date ei gloriam, illius inexplicabilem erga homines amorem, illiusque dispensationis magnitudinem, considerate, lachrymas cum lætitia fundite, apud Deum nihil nouum, *Apud Deum nihil nouum.* Deus enim existens, cuncta potest. Quod autem in diebus nostris & nostri causa factum est, corda omnia quæcunque audient, in stuporem ducet. Stupuit cœlum propter talia ausa. Abyssus conturbata nimis est, Sol, Luna, & reli-

M qua